De refoꝛmatiõe virium anime.



Annotatio capituloꝝ tractatuli ſub-
ſcripti: De refoꝛmatiõe viriũ animę.

De lapſu hominis a ſtatu rectitudinis ꝛ deoꝛ-
dinatiõe viriũ animę. Ca. i

De duobus exercitijs: in quibꝰ deuotꝰ ſe po-
terit exercere circa lapſum ſuũ a ſtatu recti-
tudinis. Ca. ij

De pꝛimo exercitio: ꝛ ꝙ homo deuotꝰ in om-
nibꝰ exercitijs ſuis habebit p̃ oculis finem
ſuũ: q̃ eſt puritas coꝛdis ꝛ caritas. Ca. iij

De ſecundo exercitio videlicꝫ de hominis re-
foꝛmatione: et quibꝰ exercitijs homo pote-
rit ad ſui cognitionem peruenire. Ca. iiij

Qualiť homo per diſcuſſionem ſui venit ad
ꝓpꝛiã cognitionẽ: et quõ hõ debet ſe de to-
to ſtatu ſuo diſcutere. Ca. v

De quotidiana examinatiõe in cõmunibꝰ ex-
ceſſibus. Ca. vi

Qualiter hõ ſecũdo poteſt venire ad cogni-
tionem ſui ſi libenter audit ſuos defectus ab
alijs. Ca. vij

Qualiter homo per pugnã et reſiſtentiã ꝯtra
vitia venit ad cognitionem ſui. Ca. viij

Qꝛ in pugna vitioꝝ diſcernunť deſides et fer-
uidi: et ꝙ deſides retrocedunt. Ca. ix

Qualiter homo ex cognitione ſui fit idoneus
ad admonẽdum alios. Ca. x

De compunctiõe: et quibus modis homo in cõpunctione ſe poterit exercere. Ca. xi
De reformatiõe triũ viriũ animę: ſcilicꝫ intellectus: memorię et voluntatis. Ca. xij
Qꝫ intellect⁹ reformaẗ p ſciam. Ca. xiij
De reformatione intellectus per experimentum. Ca. xiiij
De reformatione intellectus per ſacrã lectionem: et q̃liẗ ſcp̃tura ſit legẽda. Ca. xv
Qualiter intellect⁹ reformaẗ per alioꝝ informationem ꝛ conſilium. Ca. xvi
Qualiter intellect⁹ reformatur per hoc ꝙ q̃s ſuper temptationib⁹ ꝛ paſſionibus ſuis cõſulit alios. Ca. xvij
De reformatione memorię: et tribus gradib⁹ reformandi eam. Ca. xviij
De certis materijs et temporibus ad meditandũ deputatis. Ca. xix
Qualiẗ fiat memoria peccatoꝝ. Ca. xx
Generalis modus ad meditãdũ vel formãdi meditationes de morte. Ca. xxi
Generalis modus ad formãdũ meditatiões de pęnis inferni. Ca. xxij
Generalis modus meditãdi circa extremũ iudicium. Ca. xxiij
Generales meditationes de gloria cęleſti. (Ca. xxiiij
Breuis modus meditãdi circa beneficia dei (Ca. xx[v]

De vita xpi ſb cõpẽdio collecta. Ca. xxvi
De cena domini: ⁊ ꝑparatione ad ſumptionẽ corporis chriſti. Ca. xxvij
De generali modo exercitandi ſe in paſſione domini. Ca. xxviij
Paſſio chriſti breuiť collecta ad modũ faſci/culoꝝ. Primus faſciculus. Ca. xxix
Secundus faſciculus. Ca. xxx
Tertius faſciculus. Ca. xxxi
Quartus faſciculus. Ca. xxxij
Quintus faſciculus. Ca. xxxiij
Sextus faſciculus. Ca. xxxiiij
De exercitio orationis. Ca. xxxv
De reformatione voluntatis: primo a culpa. Ca. xxxvi
Qꝫ locũ ſuperiorem ⁊ oc/cupationem exteriorẽ volũtas ordinata de ſuo refugit: ſ ex imperio ſuſcipit. Ca. xxxvij
Qꝫ aliter pugnandũ eſt contra vitia carnalia: aliter ꝯtra ſpiritualia. Ca. xxxviij
De modo operandi manibus. Ca. xxxix
De ordine aggrediendi in extirpatione et ex/purgatione vitioꝝ. Ca. xl
Qꝫ pugnandũ eſt contra vnũ vitiũ. Ca. xli
De duobus veris bellatoribus neceſſarijs. Ca. xlij
De ſeptem vitijs capitalibꝰ in genere. Ca. xliij
De certamine contra gulam. Ca. xliiij

De remedijs gulę. Ca. xlv
De virtute ſobrietatis et eius gradibus. Ca. xlvi
De pugna et natura luxurię. Ca. xlvij
De remedijs luxurię. Ca. xlviij
De philargyria. Ca. xlix
De ira: et remedia contra iram. Ca. l
De inuidia et ortu eius. Ca. li
Quomodo ad dilectionem proximi peruenitur: et quomodo ſeruatur. Ca. lij
Quod ita ſe homo habebit vt diligat et diligatur ab omnibus. Ca. liij
De accidia: et remedia. Ca. liiij
De triſticia: et pugna contra eam. Ca. lv
De vana gloria: et pugna contra eam. Ca. lvi
De pugna contra ſuperbiam. Ca. lvij
De carnali ſuperbia. Ca. lviij
De quattuor in omnibus exercitijs ſpiritualibus attendendis. Ca. lix

Incipit tractatulus deuot⁹ de reformatione virium animę: Domini Gerardi de zutphania.

De lapſu hominis a ſtatu rectitudinis: et deoꝛdinatione virium animę. Ca.I

b

Omo quidam deſcẽdit de hieruſalem in hiericho. His ṽbis myſtice hũani generis lapſus deſcribit: ac ſub ſignificatione hieruſalem et hiericho: a quo ſtatu rectitudinis: ad quã deiectionẽ coꝛruit deſignat. Siq̇dẽ homo iſte: adam ꝓtoplaſtus recte intelligitur: in quo totum gen⁹ humanũ qḋ per ſeminalem rationẽ in eo fuit et ex eo ꝓdijt: non incõgrue ſubauditur. Iſte igit homo deſcendit de hieruſalẽ in hiericho: id eſt: de ſtatu rectitudinis ⁊ innocentię: ad ſtatũ vel poti⁹ caſum mutabilitat et miſerię. Sed dicã aperti⁹: a qua hieruſalẽ: ad quã hiericho iſte homo deſcẽderit. Hieruſalem: viſio pac dicit. Hiericho ṽo luna: qm̃ mutabilitatẽ innuit: interpꝛetat. Tũc aũt hõ iſte recte in hieruſalem fuiſſe dicitur: cum per vires apꝓhenſiuas: intellectũ videlicet et rationem cęteraſq; vires: clare ac perſpicaciter

diſcerneret: ac etiã ipſum deum mundis ⁊ in/
tellectualibus oculis ac mentalibus extaſib⁹
et ſi nõ ꝑ eſſentiã intueret̃. Per vires etiã ap/
petitiuas: ſcꝫ voluntatẽ: iraſcibilitatem ⁊ con/
cupiſcibilitatem: ceteraſqꝫ vires: potentias et
affectiones ſibi inditas omnimodam pacẽ et
tranquillitatem poſſideret: cũ breuiter omne
quod debuit: clare intellexit: atqꝫ ſine appeti/
tu contrario ſeu quauis contradictione: imo
cum delectatione voluit ⁊ appetijt: ſicut ſe de/
bere appetere rationis iudicio intellexit. Sed
homo iſte dũ deo ſubeſſe noluit: cui ſoli ſub/
eſſe debuit: etiã ſuũ inferi⁹: vires videlicꝫ infe/
riores: ſibi rebelle factũ ẽ: atqꝫ ſibiipſi grauis
qꝛ ſubeſſe ꝯtempſit: atqꝫ ita hõ fact⁹ ẽ ſibiipſi
grauis: ⁊ ꝓpria ei⁹ vita facta eſt ei tẽptatio: et
ꝯtinuo ſm varios mot⁹ ꝯcupiſcentiaꝝ et ſug/
geſtus deſiderioꝝ mutatur vt luna: et nunq̃
in eodẽ ſtatu ꝑmanet: donec ad illũ ſtatũ re/
deat vnde ad hanc mutabilitatis miſeriam eſt
ꝓlapſus. Merito igit̃ homo de hieruſalẽ di/
citur in hiericho deſcendiſſe.

De duobus exercitijs: in q̇bus de/uot⁹ ſe poterit exercere circa lapſum ſuum a ſtatu rectitudinis. Ca. II

Ecce homo: vbi fuiſti: et vbi corruiſti.
e Quid amiſiſti: et quid inueniſti: quid

ſis:et quid fuiſti? In hieruſalem fuiſti :in hie⸗richo corruiſti. Amiſiſti pacem: tranquillita⸗tem et gaudium: leticiam et quietem. Inue⸗niſti inquietudinem:triſticiam:labores et do⸗lores:et continuã mutabilitatẽ. Fuiſti intel⸗lectuali lumine plene illuſtrat⁹:ab omni fece concupiſcentiarum depuratus. Nunc autem es ignorantie nubilo excecat⁹: omniaqꝫ oſſa tua ꝯcupiſcẽtiarum fecib⁹ medullit⁹ ſunt infuſa. In his duob⁹ q̇cumqꝫ deuot⁹ es : quicũqꝫ rectã et directam viam in exercitijs ſpiritualib⁹ ob⸗tinere deſideras:iugiter verſare:in his ſtude te iugiter exercitare. Primo : vt ſemper ante mentis oculos habeas : vnde cecidiſti : et q̇d fuiſti: vt inde intelligas q̇d eſſe debeas. Scđo vt frequent̄ diſcutias:ſepe reuoluas quid nũc ſis : ſeu q̃lis ſis: vt inde perpendas quãtũ ab eo ſtatu diſtas vnde cecidiſti:et ſcias quãta ti⸗bi reſtat via vt ad illũ ſtatũ ꝓficiẽdo redeas.

De primo exercitio:et ꝙ homo de⸗uotus in omnibus exercitijs ſuis ha⸗bebit pre oculis finem ſuũ : q̇ eſt pu⸗ritas cordis et caritas. Ca. III

P Rimo igit̄ ſemp ante mentis oculos habe:quid fuiſti:et vnde corruiſti: vt ſcias quid eſſe debeas:et ad quid per

exercitia tua tēdas. Finis em̄ exercitioꝝ tuo-
rū ad quē tēdere debes eſt: vt poſſis redire: ⁊
illi ſtatui vnde: vt dictū eſt: corruiſti ꝓpinq̄re.
Sicut autem viator q̄ finē vię ſuę neſcit: ⁊ lo-
cum quo perget nō cōſiderat vel attendit: fre-
quenter errat: multū laborat ⁊ parum ꝓficit.
Sic ſi in exercitijs tuis ſpiritualibꝰ finē exer-
citioꝝ non attendis vel conſideras: frequent̄
multū laborabis: et a fine tuo ęque diſtabis.
Sępe per ardua in ieiunijs et vigilijs ⁊ ſimi-
libus multū fatigaberis: et parū in vera ſpi-
ritualitate ꝓficies. Hic aūt finis tuꝰ: vt dictū
eſt: debet eſſe vt ſtatui vñ corruiſti poſſis ꝓpin
quare. Ut autē de hoc fine tuo enucleatiꝰ ſub
alijs vocabulis intelligas: ſcire debes: ꝙ duo
ſunt tibi fines in oībꝰ exercitijs tuis ꝑfigendi.
Unus p̄ncipalis ſeu vltimatus: et hic eſt cari-
tas. Alius ſecundariꝰ ⁊ diſpoſitiuus: ſeu vlti-
ma diſpoſitio ad finem p̄ncipalem: et hic eſt
puritas cordis. Ad hęc igitur duo: caritatem
ſcilicꝫ: ⁊ cordis puritatem: debes in omnibus
exercitijs tuis oculum intentionis dirigere:
eaqꝫ ſemper fixa pręoculis habere: vt penes
hoc cognoſcas quantū in tuis exercitijs pro-
ficias vel deficias: quia tantū proficis quan-
tum his ꝓpinquas: et tantum deficis quantū
ab illis recedis. Sicut verbigratia: Sagitta-

rij ſignũ aliquod conſtituũt: penes qđ aduer/
tunt: an artificioſe bene vel male ſagittent: qđ
alias ſi nullũ ſignũ cõſtituerent ſed in vacuũ
aerem ſagittarẽt: penitus ignorarent. De his
duobus finibus cõſtituẽdis: dicit Auguſtinꝰ
in tertio libro de doctrina chriſtiana. Oia in
ſacra ſcriptura valẽt ad caritatem nutriẽdam
et corroborandam et cupiditatẽ vincendam.
Et ſm apoſtolũ Finis pręcepti ẽ caritas de
corde puro ⁊c. Et item de his duobus finibꝰ
Abbas moyſes ĩ pma collatiõe patrũ: multũ
pulchre diſſerit: ⁊ diffuſius declarat dicẽs inť
cętera. Incaſſũ moliť hęc exercitia: videlicꝫ
vigilias: ieiunia: aliaqꝫ ſimilia: qſquis his ve/
lut ſũmo bono cõtentus: intentionem cordis
hucuſqꝫ defixerit: et nõ ad capiẽdũ finẽ: vide/
licꝫ cordis puritatẽ: omne ſtudiũ virtutꝭ exten
derit. Sꝫ ne cogites ꝙ hi duo fines ab eo dif/
ferãt quẽ ſupˢ diximꝰ finẽ eẽ debere exercitioꝝ
tuoꝝ: vt videlꝫ illi ĩteriori ſtatui nr̃o vñ ſumꝰ
ꝓlapſi redeuntes ꝓpinquamus: qꝛ idem eſt
cor purgare ad puritatem cordis vel ad cari/
tatem tendere: et illi ſtatui ꝓpinquare. Qđ vt
meliꝰ intelligas: ſcire debes ꝙ ſm Auguſtinũ
Caritas eſt motus animi ad fruendũ deo ꝓpť
ſe. Ecõtrario autem: Cupiditas eſt motꝰ ani/
mi ad fruendũ ſe vel qlibet corpore non ꝓpter
deum: id eſt: breuiter quis appetitꝰ vel motꝰ

inordinat⁹ ad delectandū ī creaturis. Quantum autem ſm Auguſtinū: regnū cupiditatis deſtruitur: tantū regnū caritatis augetur. Cor autem purgare nihil aliud eſt: q̄ꝫ cupiditates extinguere. Cupiditates ⁊ inordinatas cōcupiſcentias extinguere: eſt vires animę reformare. Vires animę reformare: eſt ſtatui vnde corruimus ꝓpinquare. Ergo q̄ꝫtum cor purgamus a cupiditatib⁹: tm̄ animę vires reformamus: tantūq́ꝫ regnū caritat⁹ in nobis ędificam⁹: et ſtatui vn̄ lapſi ſum⁹ ꝓpinquamus. Igitur breuiter finis tu⁹ ad quē omnē mentis intentionē: omnē conatū ⁊ laborē debes dirigere ⁊ ordinare eſt: vt cum dei adiutorio q̄ꝫtum poteris: vires aīę tuę deordinatas ⁊ indiſpoſitas ex lapſu tuo in ꝓtoplaſto: ad id et ſm id ad qđ ⁊ ſicut tibi fuerūt a dn̄o deo vtiliter indite ſtudeas reformare. Intellectū ſcꝫ: vt deum ceteraq́ꝫ: et maxime ſpiritualia et diuina cognoſcenda intelligas. Volūtatē et appetitum: vt deū aliaq́ꝫ diligenda et appetenda diligas atq́ꝫ ames. Memoriam: vt ſpiritualib⁹ et cęleſtib⁹ valeas iugiter inhęrere. Sic affectiones cęteras: amorem: timorem: odiū: ſpem: gaudiū ⁊ triſticiā: vt tm̄ amem⁹: timeam⁹: odiamus: ſperem⁹: gaudeam⁹ et triſtemur vere amanda: timenda: odienda: ſperāda: ⁊ de qb⁹

ſuſte gaudendū et triſtandū ē. Itaqꝫ hoc mō ſtatui illi tranquillitatꝭ internę: quem in lapſu ꝑmi hominis amiſimus ꝓpinquamus. Tantoqꝫ magis tranquilli ⁊ quieti erimus: q̃to in iſto ꝓfecerimus. Unde quidā hoc cōſiderantes: vocant in cordis puritate ꝓficere: eſſe: ad impaſſibilitatē tendere. Hoc modo cor purgare: ⁊ vires aīę reformare: eſt virtutes menti inſerere. Nihil em̄ aliud ē virtꝰ ſm beatū Baſiliū: q̄ bn̄ vti motibꝰ a deo naturalit̄ nobis inſitis. Iſtud eſt vere et ſpiritualiter cōuerti: vires ſcilicꝫ animę et affectiōes a deo et recto ſtatu ſuo auerſas: deordinatas et indiſpoſitas: ad debitum ſtatum ſuū ꝯuertere: reducere ⁊ reformare. In iſto eſt vera ꝑfectio. Tantum em̄ vnūquodqꝫ eſt perfectius: q̃to plus appropinq̃uerit ſuo fini. Hęc ē pietas dei qua deus colit̄: habens ꝓmiſſionē vitę: quę nunc eſt ⁊ futurę.

De ſecūdo exercitio: videlicet de hominis reformatione: et quibꝰ exercitijs homo poterit ad ſui cognitionē peruenire. Ca. IIII

v Idiſti homo: qualis ⁊ vbi fuiſti: quid amiſiſti: quo rurſū ꝓficiendo debeas redire: et ad quem finē omnia exerci-

tia tua dirigere: ad hoc videlicet: vt cum dei adiutorio vires animę tuę reformes: cor tuũ a cupiditatibus ⁊ affectiõib⁹ inordinatis ⁊ noxijs concupiſcentijs purges. Nunc igit̃ ſcd̃o vt diximus: debes diligẽtiſſime diſcutere q̃lis modo ſis: et q̃tũ a p̃dicto ſtatu et fine tuo diſtas: id eſt: q̃ ſint vires et affectiones animę tuę deformatę: indiſpoſitę et deordinatę: q̃q̃ multis et varijs cupiditatibus cor tuũ ſit pollutum. Si em̃ non ſentis: quomõ et in quib⁹ vires potentię et affectiões animę tuę deformatę ſunt: quõ reformabis? Si ignoras q̃b⁹ cupiditatibus cor tuũ eſt ſordidum: quõ q̃ſo purgabis: cum nihil in te videas purgandũ? Igit̃ an̄ omnia in hac parte teipſum diſce agnoſcere: et q̇d purgandũ fuerit ſcire: vt ita in te verum eſſe ꝓbes: q̄ cognitio ꝓpria initium ſit ſalutis. Tria autem ſunt p̃cipue quib⁹ tuã deformitatem poteris agnoſcere: et q̇bus cupiditatibus pollutus fueris edoceri. Primũ eſt: vt teipſum diligent̃ diſcutias. Secũdum eſt: vt tuos defectus ab alijs frequent̃ ⁊ libenter audias. Tertiũ: vt virilit̃ vitijs reſiſtẽdo: eorũ in te fortitudinẽ per eorundẽ cõtra te reſiſtentiam experiar̃. Per primũ teipſum vides: vt qualis fueriſ diſcas. Per ſcd̃m audis: vt quod vidiſti credas: ⁊ fiat fides ex auditu.

Per tertiũ: quodãmodo manibus palpas vt omnino contradicere qn ita ſit nequeas: ne in aliquo valeas diſſimulare.

Qualiter homo per diſcuſſionẽ ſui venit ad ꝓpriã cognitionẽ: et quomõ homo debet ſe de toto ſtatu ſuo diſcutere. Ca. V

V Tigit teipſum per diligentem diſcuſſionem tuiꝗpſi⁹ diſcas agnoſcere: eſto tuiꝗpſius iuſtus iudex et rigidus imperator tui microcoſmi: frequenter vel ſaltem ſepe aſcende tribunal: et accerſitis coram te quib⁹ regimen regni tui: id eſt: tuiꝗpſi⁹ cõmiſiſti. Et ꝑmo a ꝑncipalioꝛib⁹: id eſt: intellectu: affectu ⁊ memoria rigidiſſime diſcute quomõ vnaqueq; officiũ ſuũ expleat: et q̃tum diſtẽt a ſua originali inſtitutiõe pro qua indite ſunt tibi. Uide vtrum ne ratio tua ſit erronea: Uide vtrum ſe implicet circa curioſa relinquẽs ſalubria: Uide vtrũ ne decepta ꝓprio iudicio magis de ſe ſentiat q̃ debeat: magis ſcʒ ſcire: magis ſanctũ eſſe: ⁊ ita ꝯtra te ĩ regnũ tuũ introducat ſuperbiã: volẽtẽ te aliq̃d eẽ vel te ferentẽ ſup alios. Itẽ an introducat pertinaciã: ſibi melius q̃ quibuſcumq; aliꝗs credentẽ: et ita te ſua deceptiõe faciat inducibilem: infor

mabilem:bonoꝝ conſilioꝝ incapacem. Et de multis aliis ſibi cõmiſſis:coge ꝓpriã rationẽ tibi ratiõe3 reddere. Deinde examina affectũ de ſibi cõmiſſis. Uide quid amet: quid odiat: et pręcipue vide vnde lętet̃: vnde triſtetur et perturbetur. Uide vtꝝ ne ↄcupiſcibilitas ſę/ pe contra tuũ imperiũ introducat appetitum gulę: luxurię: auaricię. Utrũ ne iraſcibilitas iracundiam: deſperationẽ: et ſic de aliis. De/ inde voca inferiores officiales circa minora occupatos: Uide ſi ne oculus ſępe impudice reſpiciat: ſi ne auris laſciua ⁊ nociua libẽt̃ au/ diat. Et breuiter totũ ſtatum tuũ ſm interio/ rem et exteriorẽ hominẽ diligenter examina: ſi ſc3 omnia tibi a deo vel hominibꝰ cõmiſſa: ſicut debes: fideliter ⁊ diligenter ſtudeas ad/ implere. Item vide ꝓcipue: an cũ omnibus caritatem teneas: An nõnunq̃ lędas conſci/ entias alioꝝ ſcãdalo: inq̃etudine: ſingularita/ te vel nouitatũ ꝓſumptione.

De quotidiana examinatione in cõmunibus exceſſibus. Ca. VI

D Ebes etiam quotidie aliã de te facere examinationẽ licet breuiorẽ: videlic3 de quotidianis exceſſibus tuis: vt ſc3 omni die videas vtrum ne fuiſti negligens

in orationibus tuis et meditationib⁹: ⁊ piger in operationibus. Utrũ ne fuiſti negligẽs ad reſiſtendum temptationibus: ad expellendũ malas affectiones: in quib⁹ forſitan ĩmorat⁹ es: et ſic de alijs multis. Si aũt homo p̃dicto modo diſtricte te examinaueris: tũc inuenies q̃tum vires animę tuę ſint deformatę: q̃tũ affectiones imũdę: q̃tumq̃ a hieruſalem deſcenderis: ⁊ vere in hiericho mutabilitatis: ⁊ ĩ regionẽ diſſimilitudinis prolapſus ſis. Inuenieſq̃ ꝙ inimici hominis domeſtici eius: vt exclamare opus habeas: Amici mei ⁊ proximi mei aduerſum me appropinquauerũt ⁊ ſteterunt. Et q̃ iuxta me erant: id eſt: vires animę interiores: quę maximę iuxta eam ſunt: de longe ſteterunt: motibus ſuis impugnando. Inuenies ꝙ ſolum tibi velle adiaceat: et in nullo alio in te perficere inuenias. Igitur velle tuo ⁊ voluntati tuę diſtricte precipias: vt omne quod per iſtam diſcuſſionẽ inueniſti in te et in regno tuo neglectũ: dirutũ vel male actum: ipſa voluntas diſponat: reędificet ⁊ emendet. Hoc autem tũc facies: ſi de omnib⁹ feruida voluntate ꝓponas te emendare.

Qualiter homo ſecũdo poteſt venire ad cognitionẽ ſui: ſi libenter au-

dit ſuos defect⁹ ab alijs. Ca. VII

Et vere homo multū in tui cognitiōe
e per pr̄edictam diſcuſſionē: ſiue in ge/
nerali de toto ſtatu tuo ⁊ ordinatiōe:
ſiue etiam de quotidianis defectib⁹ in ſpeciali
pficeres: ſi te ſine diſſimulatione: ſine pallia/
tione et palpatione iudicares: ſi velum ꝓprij
amoris et ad teipſum inclinatiōis: quod in te
oculū cęcat vel extinguit: ⁊ iudiciū rectū per/
uertit: remoueres. Nunc ꝟo zelus ipſe quem
ad te nimium geris: non ſinit te recte de teipſo
ſentire ⁊ iuſte iudicare: Inde eſt ꝙ frequenti⁹
in fundo cordis tui neſcio quō teipſum excu/
ſas vel alleuiādo blandiris: etiā in vitijs ⁊ de/
fectibus quos aperte in te vides. Hinc eſt ꝙ
ſententiā quā de teipſo ꝓfers: non ſuſtines pa
tienter ab alijs cōfirmari: nec qualem te iudi/
cas ab alijs vis reputari. Si ꝟo teipſum vis
cognoſcere: et ſanctos qui ꝓprię cognitiōi ſtu/
duerūt imitari: ſummo conamine ſtude vt vi/
tia tua etiā ab alijs frequent̄ tibi innoteſcant:
vt ſic tibi fiat fides de teipſo ex auditu alioꝝ.
Unde egregi⁹ doctor Auguſtin⁹: ſcribēs ad
ſanctum hieronymū: Uideo inquit interdum
vitia mea: ſed malo ea audire a melioribus:
ne forte dum ipſe de me ſententiam profero:
mēticuloſam forſitan mihi potius ꝙ̄ verā vi/

deoꝛ intuliſſe ſententiā. Et ergo dicit beatus Bernard⁹: q̄ ſepe i iſtis nos meli⁹ videt ocu-lus alienus q̄ꝫ ꝓꝛius. Tanto ſiqdem alienus veri⁹ de nobis ſententiat: q̄ꝫto liberioꝛ ab in-clinatiōe ad nos vitioſa q̄ nos a vero de nob̄ iudicio pꝛepedimur.

Qualiter homo per pugnam ⁊ re-ſiſtentiā contra vitia venit ad cogni-tionem ſui. Ca. VIII

J ſcis homo qualiter p tuā diſcuſſio-nem teip̄m diſcernere debeas: ⁊ qua-lit̄ ab alijs tua tibi vitia referētib⁹ de-beas libenter audire: vt qd̄ tu diſcreuiſti que-as firmius credere: accede ad tertiū: quod eſt his duobus efficaci⁹ ad tui cognitionē ꝓmo-tiuū: qd̄ in nullo ſinit vt vitia diſſimules: ſed a cit te ea quodāmō: vt ita dixerim: manibus palpitare. Hoc autem fit ita: ſi ſancti ſpiritus ardoꝛe ſuccenſus: incipis viriliter cupiditateſ tuas et appetitus inoꝛdinatos quos per pꝛe-miſſam diſcuſſionem vel experientiā tuam in te repperiſti vel ſentis: eijcere ⁊ expugnare: nō permittens ad hoꝛam in te q̄ꝫtū in te eſt tales motus ſiue ſuperbię: ſiue inanis gloꝛię: gulę vel luxurię inmoꝛari: ſed ſubito cum eos per-cipis: ſtatim ſurgis ⁊ accingis gladiū tuū ſup

femur tuũ: et te preparas ad bellandũ. Sed ꝛ cum te non impugnant nec infeſtant: tu ea impugnas: quęrens quomõ cõtraria vitijs tuis et paſſionibus agens poteris ea ſi fieri poteſt radicitus extinguere ꝛ extirpare. Verbi grã. Sentis te nonnũꝗ appetitu glorię ferri: moueri altitudinis et dignitatis ambitiõe: gulę: luxurię: et alioꝝ motibꝰ agitari: hinc tu velut alter phinees zelo ignitus feruida voluntate incipis omnia agere quę huiuſmodi cõcupiſcentijs etiam iam quieſcentibꝰ ſint cõtraria ꝛ eoꝝ expulſiua: omnia ſcilicꝫ vilia et deſpecta agere: loqui ꝛc. Sed cũ hoc facere ꝛ cõtinuare inceperis: tunc vere in te ſenties: ꝛ vt dictũ eſt: quodãmõ manibꝰ palpabis fortitudinem in te vitioꝝ et paſſionũ: ꝛ deordinationem virium animę et affectionum. Inſurgẽt eñ cõtra te ea quę laboras extinguere vitia: viriliť ſe cõtra te defendẽtia: Et tu rurſus iratꝰ inſurges cõtra ea: ꝛ fiet inter te ꝛ tua vitia grandis et grauis lucta: ita vt nõnũꝗ reſilias et iteꝝ reſipiſcas: nõnũꝗ deijciaris ꝛ iteꝝ reſurgas: atꝗ multotiens fatigatꝰ cũ videris legẽ carnis tuę tam fortẽ et tam importune legi mentis et volũtati tuę reſiſtentẽ: clamare neceſſe habeas ex ſententia cũ apoſtolo: Quis me liberabit de corpore mortis huius? Et item cũ

ꝓpheta: Qm̄ iniq̄tates mee ſupgreſſe ſunt caput meum: ſicut on⁹ graue grauatę ſunt ſup me. ꝛc. Atq̄ ita vere diſces cog̊ſcere q̄ꝫ ſis plenus inordinatis concupiſcentijs ꝛ nociuis cupiditatib⁹. Et hę q̄ꝫtum valide ſint in te et radicate: Ecce inq̄t Chryſoſtom⁹ ſup matheū: Oſtendo tibi magnā et inſuperabilē perſecutionem in corpore tuo. Incipe reſiſtere deſiderijs tuis: et tunc intelliges q̄ꝫ fortes ſpūs deſideriorꝫ malorꝫ perſequūtur te. Hęc eſt em̄ pugna grauiſſima: q̄ potuerit odire qd̓ amat: ꝛ amare qd̓ odit: hęc Chryſoſtom⁹. Ecce g̊ q̄ꝫ directa ꝛ rectiſſima via ad tui cognitionem in hac parte. Sane q̄ꝫ diu ipſa vitia impugnare non incipis: nec legitime reſiſtis: ipſa quodā modo abſcōdita ſūt ab oculis tuis. Latēt em̄ in te: vt ea perfecte non ſentias. Audi de hac re expertiſſimū in hac materia. Impugnari inq̄t ſignū eſt q꜡ pugnam⁹: qd̓ eſt dicere: Si pugnam⁹ impugnatiōēs et reſiſtentias vitiorū ſentim⁹: Si ꝟo noſ deſides ab impugnatione ceſſamus: efficimur ſtupidi et inſenſibiles: eorꝫ mpugnationes et reſiſtentias nō ſentientes. Et audi elegantē cuiuſdam patris ſuper hoc ſimilitudinem. Cū ianua aperta fuerit ꝛ intrat ꝛ exit q̄cumq̄ꝫ velit: nō audit̃ ſonitus pulſantis: ſed ſolum cū fuerit clauſa. Ita

ſi aditus cordis tui pateat vitiorum affectibus: cum videlicet diligenter nō cōſideras quales affectiōes in te nutrias: nec viriliter reſiſtas: tūc importunas earum et validas nō percipis ſuggeſtiōes: Hinc ē illud bti hieronymi: Peſſima temptatio eſt nulla temptatione pulſari: id eſt: non ſentire pulſari: cum nullus ſit ſine temptatiōe: cū temptatio ſit vita hominis ſuper terram. Quomodo vitijs reſiſtere: et contra ea legitime pugnare debeas: inferius de reformatione voluntatis clarius oſtendetur.

Quod in pugna vitiorum diſcernuntur deſides et feruidi: et quod deſides retrocedunt. Ca. IX

Hec pugna contra vitia: et eorum contra nos reſiſtētia: eſt aqua contradictiōis: de qua dñs ait: Apud aquā contradictionis probaui te. Hic eñ vere velut in fornace tribulationis probat et diſcernit dominus inter legitimos et deſides bellatores. Nam vſque ad hanc aquā: omnes indifferenter cū gedeone egrediuntur ad bellandū: ſed cum vſque ad hanc aquam ventū fuerit: deſides: illegitimi et tepidi: ad lambendū aquas incuruāt genua: id eſt: a propria concupiſcentia abſtracti et illecti ac temptatione victi: fortitudinē incur-

uant et dimittunt: non potētes ad temp⁹ mo‑dicum temptationē ſuſtinere: ſed redeūt. Alij quidē ſimpliciter in egyptū mundanę cōuer‑ſationis: Et quidam eunt: vt creſcant et ꝓfi‑ciāt ī hoc ſeculo. Et hi ſunt: quos mouet pes ſuperbię: appetit⁹ honoris et alti ſtatus. Nā ibi ceciderūt qui operantur iniquitatē. Qui‑dam autem vt ſedeāt ſuper ollas carniū et co‑medant pepones. ꝛc. Et hi ſunt: qui compu‑treſcunt ſicut iumēta in ſtercore ſuo: vitijs vi‑delicet carnalib⁹. Sunt vero alij qui nō redeūt corpore ad mundum: nec ex toto in egyptū: ſ; tamen nec volunt ingredi terram ꝓmiſſiōis: ſed manent ab iſta parte citra iordanem cum dimidia tribu manaſſeſ: vt paſcāt pecora ſua: volentes eſſe de iſrael: nec tamē ingredi terrā ꝓmiſſionis. Hi ſunt qui volunt eſſe ſpiritua‑les: nec tamen perfecte ad virtutū exercitia ſe conferre: ſed laxam et tepidā vitā ducentes: alentes et paſcentes gregem pecoꝝ ſuorū: id eſt: deſiderioꝝ. Et hi ſunt feruidis multū peri culoſi conſilio et exemplo.

Qualiť homo ex cognitiōe ſui: fit idone⁹ ad admonēdū alios. Ca. X

Ed non ita tibi contingat quicūq; eē
ſ deſideras legitimus prelíator: ſed ad

tempus ſuſtine: quando temptatio grauiter incaleſcit: ſciens quia nulla temptatio vel tribulatio dura poteſt eē diuturna: ſed cōſūmationis eius videbis finem. Et tunc ſi perſeuerans fueris: percipies hui⁹ pugnę fruct⁹ dulces et multiplices. Sed forte laborē et dolorem in hac pugna bene ſentis: ſed fructum nō attendis. Aduerte igiť homo quāt⁹ et ꝗ̄ vtilis inde tibi fructus oriať. Prim⁹ autē fruct⁹ qui inde oritur tibi: eſt ſcientia qua fragilitatē tuam ⁊ vitioꝝ fortitudinē liq̄do cognoſcens: noueris omnē fortitudinē tuā ad dominū cuſtodiendam: dicens: Domin⁹ fortitudo mea et refugium meū. ⁊c. Ego autē in me ſcilicȝ: ad nihilum redactus ſum et neſciui. Neſciui inq̄: priusq̄ hoc prędicto mō diſcerē: indeq̄ in amorem ⁊ caritatem dei: qui te tam fragilē tam pie ꝓtegit: cōtra tam fortes vitioꝝ ſpiritus: accenderis. Secundo ex hac pugna ⁊ ex his q̄ in expugnandis vitijs pateris et experiris: ſcientiā et experientiā tibi acquiris: qua eris idone⁹ et alijs qui ſimilib⁹ vitijs et vitiorum prelijs inquietanť conſulere ⁊ ad rectam viam dirigere: ac cōgrua medicamina de arcanis cordis tui ſicut ibi ex multis experientijs collegiſti et abſcōdiſti ꝓferre. Unde apoſtolus. ij. Corī. i. Benedictus inq̄t deus ⁊ pa

ter domini noſtri ieſu chriſti: qui cõſolať nos in omni tribulatione noſtra: vt poſſim⁹ et ipſi conſolari eos qui in omni preſſura ſunt. Ecce Apoſtol⁹ ex ſua preſſura habuit vnde alios in preſſuris depreſſos cõſolareť: ita et tu. Et vere ſi ſolum ex libris his q̄ ſpiritualibus vitiorꝫ temptaminib⁹ grauanť vis ꝯſulere: eris ſicut es ſonãs aut cymbalũ tinniẽs: nec ipſi te: nec ipſe teipſum intelligẽtes: ſed eris tu ſicut cec⁹ diſputans alicui de colorib⁹. Unde Sapiẽs: Qui non eſt temptatus: quid ſcit? Qui nõ eſt paſſus: qualia ſcit? Nec hoc dixerim⁹ quaſi tuę experiẽtię et non diuinę ſcripturę debeas inniti: ſed poti⁹ vt in te ex diuina ſcriptura et tua experientia fiat vna indiuiſibilis ⁊ dulcis armonia: qꝫ ſicut ĩ ſcꝑturis legis: ita ĩ te experiaris: et ita eris idoneus ad alios admonendum: qꝫ ſentis quod legis: ⁊ non ſolum ꝓfers ex verbis vel mortuis meditationib⁹: ſed ex ſententijs. Demũ iſta tibi ſcientia hoc ꝯfert: vt nũq̄ peccatoribus quibuſlibet criminib⁹ ꝓlapſis indigneris: ſ; ex corde compatiaris: vt pote qui in teipſo copioſam materiam per predictã pugnã inuenis cõpatiendi: iuxta illud Sapiẽtis: Ex teipõ cognoſce rem ꝓximi tui: ĩmo certe ſi perfecte predicta expleueris: nullius peccata ſicut tua reputabis: quę non

ſicut tua agnoueris. Non ergo peccatores a te repelles: ſicut falſe iuſtus ⁊ arrogās phariſeus: ſed pie compatiēdo: debes totis virib⁹ niti: ſi quem eoꝝ potueris eripere de laqueis inimici: ſiue hoc feceris pijs admonitionib⁹: ſiue correptionib⁹ tuis: vnūquēq꜓ ꝓut ratio exigit: et conditio cuiuſcunq꜓ corripiendo vel admonendo: ſciens ꝙ non eſt p̄cioſius mun⁹ a deo in hac vita q̄ȝ zelus aīaꝝ: ꝓ quaꝝ ſalute chriſt⁹ de celo deſcendit: ⁊ mortē amariſſimā tolerauit. Hoc ē eīm ſm Bedā: excellētiſſimū gen⁹ vitę: ſi te a vitijs purgaueris: et alios ad bonā conuerſationem traxeris. Eſto igit̄ animaꝝ zelo feruidus: omnes trahe amore: non dum conuerſos timore terrę. Jā incipientes de temptationib⁹ p̄muni: et induc vt crimina confiteant̄: omnib⁹ ī temptatiōib⁹: in paſſionibus conſule: conforta: dirige prout tibi viſum fuerit vnicuiq꜓ ꝯuenire Nec dicas: Sufficit mihi mea ſaluatio: ꝓ me volo eſſe ſollicitus: non pro alijs. Quiſquis hoc dixerit: non comedit zelo dei. Ecce q̄ȝ magna confert tibi virile prelium quo contra vitia tua prellaris: Jnde eīm tibi cognitio tui: caritas dei: dilectio ⁊ cōpaſſio ꝓximi: zelus animaꝝ: ⁊ ſcientia inſtruendi errantes.

De compunctione: ⁊ quibus mo-

dis homo in compunctiõe ſe poterit exercere. Ca. XI

Ex hac ſciētia ſalutifera deinde ali⁹ tibi naſcet̃ fruct⁹ p̃cioſus: videlicȝ compũctio ſalutar̃. Naſcit̃ aũt iſta compunctio hoc modo. Cum em̄: vt dictũ eſt: totis viribus vitijs te opponis: et illa acriter reſiſtunt: ſepe incipis et non ꝓficis. O q̃ſ ſepe egredieris tanq̃ꝫ victurus et reſilis: quotiēs moues et nõ ꝓmoues: quotiēs incipis ⁊ iteꝝ ceſſas. O quotiens conaberis ⁊ nõ dat̃ vltra: et cũ incipis nõnunq̃ꝫ deficis. Ecce vñ ſancta triſticia: dolor dulcis: ſuſpiria ſuauiſſima et compũctio ſalutaris: Certe ex conſideratiõe imperfectionis tuę: et ex deſiderio ꝑfectioris vitę: ex deſiderio perfectiõis et impaſſibilitatis et puritatis cordis: a quib⁹ te adhuc longiſſime diſtare conſideras. Inde tibi ⁊ ſancta compunctio et triſticia ſalutaris: quę licet animũ interius deprimat: non tamen duram vel rancoroſam facit: ſed humilē et manſuetã: exterius ꝓo dulcem: ſocialē ⁊ affabilem: miſericordem et patientē: et ad omnē laborē reddit paratiſſimũ ſpe et deſiderio ꝓficiendi. Hoc ē vngentũ p̃cioſiſſimũ q̄ pręſentia vulnera animę ſanant̃: p̃terita delent̃: et futura p̃cauent̃:

deus placatꝰ:et hō hominibꝰ et angelis ama/
bilis efficiꝰ. Quis autē veris luctatoribus ea
compunctio quę ex conſideratione deſcendit
ꝓprię infirmitatꝭ ꝛ deſiderio maioris pfectio/
nis magis ſit in ꝓmpto:et fortaſſis nōnunq̄
ceteris compunctionibꝰ fructuoſior: Sūt tn̄
adhuc ſcḋm Grego. quattuor qualitates q̄bus
iuſti viri anima in compunctiōe vehementer
afficiꝰ: Videlicꝫ ex conſideratiōe maloꝝ p̄te/
ritoꝝ:cum homo cogitat peccata quę fecit:et
ſtatum ſuū ī quo fuit. Et ſi placet tibi ſcḋm hoc
genus te exercere in compunctione: vide ea q̄
infra dicentur de reformatione memorię: de
generalibꝰ modis exercēdi ſe in memoria pec
catoꝝ. Aut certe ex ꝯſideratiōe iudicioꝝ dei:
cū ſcilicꝫ homo ꝯſiderat ꝙ diuina iudicia ſint
inſcrutabilia:et inde timet aliqua in ſe eſſe vn̄
poſſit reprobari a diſtricta iuſticia dei. Et ꝓ
hoc genere valent ea quę dicenꝰ poſtea in de
reformatiōe memorię: de memoria mortis in/
ferni:et extremi iudicij. Aut cum homo cōſi/
derat mala: quibꝰ dū adhuc viuit neceſſario
ſubiacebit:ſcilicꝫ concupiſcentijs et vitijs. Et
hoc eſt genus compūctiōis: q̄ maxime ſurgit
ex ꝑlio ꝯtra vitia: de quo ſatis patet ex dictis.
Aut cū homo bona ſupernę patrię ꝯtempla/
tur:qua quia nondū adipiſciꝰ:lugens conſpi/

cit vbi non eſt. Et pro hoc quarto genere: eſt memoria celeſtis patrie: de quo vide infra ſuo loco. Potes autē hec et ſi qua alia genera cōpūctiōis ad duo reducere: q2 oīs cōpunctio: vel ex amore ſurgit vel ex timore. Et hoc ē irriguū superi⁹: et irriguū inferi⁹: quod petijt Axa filia Caleph a patre ſuo. Vides ḡ quō de temptationibus et cōtinua vitiorū pugna cōpunctio orit̄: que tam multa bona operat̄. Ipſa enim a ſpirituali egeſtate nos liberat. Scriptū eſt eñ: Qui ſanus et ſine dolore eſt: in egeſtate erit. Item de compunctione et triſticia ſcribit̄ illud. Vir ī dolorib⁹ laborat ſibi: et vim facit perditioni ſue. Vnde vt in collationibus patꝝ dicit̄: nulla virtus ſine dolore perficit̄. Item Johānes climac⁹. Etiā ſi magnas et altas cōuerſatiōes exeq̄mur: cor autē merens nō poſſideam⁹: ipſas quaſi vanas et adulterinas exiſtimemus.

De reformatione trium viriū anime: ſcilicet intellectus: memorie: et voluntatis. Ca. XII

I que dicta ſunt non ſolū intellexiſti: ſed inſuper exercitio et experiētia attigiſti: haud dubiū quin te omnibus viribus anime tue deſtitutū: omnib⁹ affectibus deordinatum inueniſti: Reſtat ꝓinde vt

vehementi et ardenti deſiderio ad eaꝝ reformationem ꝛ debitam diſpoſitionem inflāmeris: viā querens qua ad id facili⁹ poteris peruenire. Ut aūt pro h modū qualemcūqꝫ ſimplicem et facilē habeas: quedā hic in ſequentibus de p̄miſſaꝝ virium et affectionū reformatione inſeruntur. Scias igitꝰ licet anima multas habeat vires: potentias ꝛ affectiōes: tres tamē in ea precipue ſunt vires vnde oēs alie quodāmodo dependent: quib⁹ reformatis cetere q̄ꝫ reformate videbunt. Sunt autē he tres: memoria: intellectus et affectus ſeu voluntas: et de eaꝝ reformationibus ſingillatim agendum eſt.

Qꝛ intellectus reformatur per ſcientiam. Ca. XIII

Intellectus hominis et ratio deformati ſunt et quodāmō cecati p ignorantiam: Ideoqꝫ neceſſe eſt hominē in his reformari per ſcientie illuminationem. Duo aūt ſunt quibus homo illuminatꝰ ad ſcientiam: ꝛ maxime ſpiritualem quantū ſufficit ad ꝓpoſitū: videlicꝫ experimentū ꝛ doctrina.

De reformatione intellect⁹ per expimentum. Ca. XIIII

Xperimento autem tu homo quaſi

per quandam cōnaturalitatem ſcientiam tibi acquiris: cū de his quibus iugiter per vſum et aſſuefactionem adheres quodāmodo connaturalis efficiaris: ſicuti ſuperi⁹ ſatis euidenter oſtendim⁹: quō per iugem vitioꝝ extirpationem et reſiſtentiā internaꝝ paſſionū: ſciaꝫ tibi acquiris: qua poteris ceteris ſimiliter tēptatꝰ ſalubriter ſ̄buenire. Sic etiam de aliꝫs dicendum eſt. Nam per experientiā et cōſuetudinē deuotionis qua homo iugiter ſe exercet in deuotis exercitiꝫs: acquirit magnā noticiā circa materiam deuotionis: ſic per hoc ꝙ hō per ſancta exercitia et pia virtutū opera tranſit de virtute in virtutem: noticiam quandam adipiſcitur de virtutum naturis: ⁊ de eaꝝ diſtinctis gradibus diſcrete diſſerit et clari⁹ apprehendit: ꝑſertim experientia in multis ⁊ ꝑcipuis materiꝫs diuine ſcripture melior ē magiſtra. Juxta illō ꝓphete: A mādatis tuis intellexi. Nō itaqꝫ dicit: Mādata tua intellexi: ſed a mandatis: quod eſt dicere: Quia ſtudioſe mandata tua domine obſeruaui: et diligenter me in eis exercui: idcirco datus eſt mihi intellectus vt intelligerem diuinam ſcripturā. Et certe tibi: ꝗ non ſicut multi: queris litterā occidentem: ſed medullam ſcripturaꝝ interi⁹ viuificantem ſ̄m ſanctoꝝ ſententias: nō tam la

boꝛandū eſt erga libꝛos cōmentatoꝝ: ſed potius omnem induſtriā et intentionē coꝛdis debes dirigere erga emundationē vitioꝝ. Quibus expulſis ꝯfeſtim coꝛdis oculi ſublato velamine paſſionū: ſacramēta ſcͤpturaꝝ in multis naturaliter contemplabunt̄. Et ſiquidē laboꝛem aliquē lectioni ſcripturaꝝ adhibere libuerit: qd̄ vtiqꝫ ſatis expedit tibi tanqꝫ chriſtiano philoſopho: lectio debet eē admonitio non occupatio: nec expendes multum temporis vt ſcripturā addiſcas: ſed potius vt ꝑ lectionem ad puritatem coꝛdis inflāmeris.

De refoꝛmatione intellectus ꝑ ſacrā lectionem: et qualiter ſcriptura ſit legenda. Ca. XV

Doctrina autem qua ſcientia acquiritur in duobus conſiſtit: vt dicit Anſhelmꝰ: in lectione ſcꝫ ⁊ ſermocinatione. In lectiōe autem tibi qui ſolū puritatem coꝛdis in ea querere debes: alia debet eſſe intentio atqꝫ alius modus legendi: qꝫ illis qui q̄uis bonam aliam tamen habēt intentionē. Frequent̄ eñ talem fructū ⁊ lucrū de lectiōe homo recipit: cum quali intentione et affectu ad lectionē accedit. Quapꝛopter ſūmope ſtude: vt quantū tibi poſſibile fuerit ita affectatꝰ

et compunctus ad ſtudiū venias:et totam in⸗
tentionem tuam ad cordiſ puritatem dirigaſ:
ſicut ſuperius ſatis dictum eſt:et ita omnia q̄
legeris:ad illū tibi affectum et illā intentionē
obſequentur. Deinde vide vt ſtudiū tuū non
ſit fortuitū ⁊ caſuale: ita videlicꝫ ne nūc ī vno
libro:ſtatim poſtea : vt moris ē curioſis:ī alio
legas:Aut nunc hic vnū foliū: deinde longe
ſubſequēs foliū ꝑcurras :ſed integrū librū de
principio ad finē:congrua deuotiōe et debita
reuerentia ac diligentia perlegas. Tertio ha⸗
beas tempus certum pro ſtudio:et nō ſit tem
pus ad hoc caſuale ſicut occurrit. Quarto qꝛ
labilis eſt humana memoria:⁊ vix de pluribꝰ
retinet pauca: tu omnia quę legis retinere nō
poteris :ideo ſemꝑ ex lectione aliq̄d debes ex
trahere: quod tuo ꝓpoſito cōueniat:qđ te ad
puritatē cordis admoneat : quodqꝫ ruminās
vtiliter memoriā occupes ad hoc :ſi aliud nō
habueris ſalubriꝰ ꝓ reformatione et occupa⸗
tione memorię recurrēdo. Unde Auguſtinꝰ.
Auditor verbi ſimilis debet eſſe animalibus:
quę ob hoc qꝛ rumināt munda eſſe dicuntur :
vt nō pigeat cogitare de his quę ī alueo cor⸗
dis accepit: vt cum audit ſit ſimilis terenti:cū
ꝟo audita in memoriā reuocat ſit ſimilis ru⸗
mināti. Quinto vt etiam lectio tibi ꝓficiat ad

inflāmationem affectus: ſicut ad illuminatio-nem intellectus: ideo lectionem tuam nōnūq̄ꝫ debet interrūpere oratio: vt de lectiōe facias affectū: de affectu orationē: et ores deū ex de-ſiderio cordis: vt id poſſis opere et exercitio perficere: quod queris ī ſcripturis indagare. Sexto: quia vt frequenter dictū eſt: finis tibi in omnibus exercitijs lectione et quibuſcūq̄ꝫ alijs eſſe debet: vt puritati cordis poteris ap-propinquare: ideo amplius circa ſtudiū taliū librorꝫ īmoraberis: qui te ad hoc magꝭ infor-mant et inflāmant: vtputa libri morales et de-uoti. Si ꝟo qn̄q̄ꝫ ad tempus aliud perlegere placuerit: eo videlicꝫ vt pꝰ ferculū groſſū aui-diꝰ ſumas delitioſum: vel alia huiuſmodi cau-ſa: ſemper et continue redire debes ad libros deuotos: iuxta illđ Senecę: Probatos itaq̄ꝫ ſemper libros lege: ⁊ ſi quādo ad alios diuer-ti libuerit: ad priores redi.

Qualiť intellectꝰ reformať ꝑ alio-rū informationē ⁊ ꝯſiliū. Ca. XVI

ſ Ermocinatione autem ratio et intel-lectꝰ reformanť: dū aliorꝫ eruditiōibꝰ noſtra ignorantia illuminať. Et hoc fit dupliciter: ſcꝫ vel maiorꝫ conſilio: vel fami-liariū colloquio. Sane plurimū confert ad ra

tiõis noſtrę illuminationē: vt nõ noſtro iudicio inhęream⁹: ſed omnia exercitia noſtra ſenioꝝ examini reſeruem⁹: examinanda ꝓponamus: ab eis examinata diligenter obſ̄uem⁹. Hoc em̄ ꝑcipuū eſt: quo min⁹ diſcret⁹ et paruul⁹ ī chriſto: nõdū exercitatos ſenſus habēs ꝓ diſcretiõe boni ⁊ mali: illeſus a diaboli illuſionibus ⁊ ſeductionibus ac ꝓprię ignorantię periculis defendatur: vt in ſanctoꝝ patrū collationibus et inſtitutis: diffuſius pertractat̄. Itaq̄ ſi tibi non credis: ac indiſcretus fueris: locū diſcretionis ſuppleat obedientia alicuius viri melius et clarius te illuminati.

Qualit̄ intellectus reformat̄ per hoc ꝙ q̄s ſup̱ temptationib⁹ ⁊ paſſionib⁹ ſuis conſulit alios. Ca. XVII

c Onfert etiam interdū non modicum ad rationis illuſtrationē: ſi familiariū alicui tuoꝝ nõnūq̄ familiari ⁊ humili colloquio cor tuū humiliter apias: ꝯferens: conſulens: et conquerēs ſecū de his quę in te temptationibus vitioꝝ: concupiſcentiaꝝ ⁊ ſimilium agitantur. Sępe em̄ ex minimo poteris aliquid addiſcere: ſed ſi ad hoc aſſuet⁹ fueris vt nil quod in te agit̄ relinquas abſconditum: ſed q̄cquid fuerit perducas ꝯtinuo ad lu-

men: inde tibi pudor bonus naſcet adducens gloriam. Erubeſces eñ vitijs conſentire: confunderis ſemper in eodē ſtatu pmanere et nō pficere: magis ex inde humiliaberis: ſciēs: q alius talē te nouerit: qualē tuipſe te erubeſcis. Inde mag⁹ cōpungeris: dū huiuſmodi occaſione memineris peccatoꝝ tuoꝝ.

De reformatiōe memorię: et trib⁹ gradib⁹ reformandi eā. Ca. XVIII

n Unc de reformatione memorię agendum eſt. Ad cuius perfectā reformationem in hac vita habendā: trib⁹ diſtinctis gradib⁹ aſcendit cum labore. Quorū primus eſt: ipſam memoriā cū labore ab euagatione illicita refrenare: ⁊ diuinis vel vtilib⁹ cogitationib⁹ quodāmodo inuitā occupare. Secūdus eſt: iam ſine importuna euagatiōe bonis meditationibus poſſe intentum eſſe: et ī latitudine cordis ſui ſecū deambulare. Tertius eſt: quodāmodo in deo eſſe abſorptū: vt ſcilicz homo in deo per deuotas meditatiōes abſqz ſtrepitu volubiliū cogitationū: imaginationū et fantaſmatū: dulciter et cū delectatione requieſcat.

De certis materijs et temporib⁹ ad meditandū deputatis. Ca. XIX

J autem toto corde memoriam refor
mare volueris: ſūmopere tibi expedit
vt certas materias tibi prefigas: qb⁹
vtilioribus non occurrentibus memoriā poſ
ſis occupare. Unde in collationibus patꝝ di
citur. Neceſſe eſt mentē: quo recurrat: cui ve
ꝓncipaliter inhereat non habentē: per ſingu
las horas atqꝫ momēta ꝓ incurſuū varietate
mutari: atqꝫ ex his que extrinſecuſ accedūt: in
illum ſtatum ꝯtinuo tranſformari ꝗ ſibi ꝓmi
tus occurrerit. Si igit ꝓficere deſideras: ⁊ ci
tius dei adiutorio memoriam reformare: de
terminatas tibi deputa materias: quas teren
do et ruminando diſcas in illis et in alijs latiſ
ſime et affluenter in ſpiritualibus ſpeculari.
Quis etiam pro reformatione memorie ⁊ ce
terarū viriū omni tempore debeas laborare:
attamen conſilio beati Hieronymi: nō modi
cum iuuat vt certis et deputatꝭ horis tibi ſin
gularius vaces: ⁊ repleas animā tuā diuinaꝝ
pabulo ſcꝛpturaꝝ. Dicit autē Hieronym⁹: ꝙ
ad hoc expedientior eſt hora matutina. Ber
nard⁹ dic: ꝙ hora matutina et veſpertina. Uñ
his duabus horis maiori conamine et ſingu
lari ꝑparatione te debes occupare ſpirituali
ſtudio: lectiōe videlicet et meditatione. Hora
eñ matutina homo eſt magis ſobrius ⁊ magꝭ

diſpoſit⁹ ad ſpirituale exercitium: cū nec dū inuolutus ſit mundanis tumultibus. Itē tūc eſt initium diei: vnde debet ſe homo pꝛępara-re circa diem: et ſępe qualem tūc ſe per aliquā deuotionem ⁊ affectū pꝛęparauerit: in tali af-fectu et deuotione perſeuerabit tota die. Itē in initio diei merito maioꝛi deuotione debet offerre ꝑmitias laboꝛū ſuoꝝ chꝛiſto domino: ⁊ ſe ei deuotius cōmendare. De veſpere autē ceſſant mundani tumultus: vnde quieti⁹ pōt quis ſe ſpiritualib⁹ exercere. Item eſt finis di-ei: quare merito vel gratias deo referet ꝓ bñ geſtis: vel ꝓ male act⁹ veniam imploꝛabit: ac etiam cōtra nocturna fantaſmata per deuotā meditationem ſe armabit. Hac etiā hoꝛa ap-tius fieri poterit ea: de qua dictū eſt: diſcuſſio defectuū ſuoꝝ et exceſſuū quotidiana. Scire etiam debes: ꝙ ꝗuis omnia ꝗ in diuina ſcrip tura reperiuntur: īmo cęlum ⁊ terra: et omnia quę in eis ſunt: de deo loquant̃ ⁊ inſtruant: nō tamen omnia ęque conueniūt ad vtiliter me-ditandū. Sed ea debes poti⁹ ad meditandū aſſumere: vnde amplius timoꝛe concuteris: vel accenderis ad amoꝛem. Sunt autē ꝗdam generalia circa quę frequenti⁹ exercitia deuo-toꝝ verſantur: videlicꝫ: memoꝛia peccatoꝝ: ꝗ cōpungunt̃ ad compūctionē et doloꝛē. De-

moria mortis: qua vt omnia mundi hu9 oblectamēta: gloriam: honorem: altum ſtatū vilipendant: accēdunt. Memoria extremi iudicij: qua inflāmant ad bona opera peragēda: vt tunc cū iuſtis mereāt accipere p̄emiū meritoꝝ. Memoria p̄enaꝝ infernaliū: q̄ omnia illicita licet dulcia reſpuāt timore tormentoꝝ. Memoria celeſtis glorie: vt hic quieſcāt ⁊ exultēt in ſpe: ac vt illa ſint gloria digni: nitāt ſe veris virtutibus adornare. Memoria beneficioꝝ dei: ⁊ maxime bn̄ficij īcarnatiōis: ne gratie largitori inueniantur ingrati. Vt autē de his cogitare eo ꝓmptius ad manū habeas: aliqua generalia de vnoquoqꝫ p̄miſſoꝝ vnde tu valeas plura elicere hic inſeruntur: vt data occaſione ſapienti ſapientior fiat: ⁊ ex paucis plura eliciat: ſicut ipſi congruit cogitāti. Eſto igit animal mundum ruminās et reuoluēs ea et ipſis ſimilia ī corde tuo: vt ita inutilia et vana poſſis a memoria remouere.

Qualiter fiat memoria peccatorum: Ca. XX

v

T tibi de memoria tuoꝝ criminū naſcat compūctio: talib9 ſtimulis te cōcute meditando. Cogita: et vt ſentire valeas diligent ſtude: q̄tum vnūquodqꝫ pec-

catum deo diſpliceat. Reuolue: q2 ſupbia lu/
cifer eiecit de cęlo: Jnobediētia adam de pa/
radiſo ꝓiecit: Luxuria ſubuertit ſodomam et
gomorrā: et pene totum mundum in diluuio
ſubmerſit. Chriſtus ꝑ peccato ſuſtinuit mor/
tem amariſſimā: ne peccatū inultū remaneret
et ſuę iuſticię non ſatiſfieret. Cogita ſecundo
ꝙ deus aliter iudicare nō poterit ꝗ̄ opera no/
ſtra merent̄. Eſt em̄ de⁹ ęquitas quędam in/
telligibilis: incōuertibilis atqꝫ indeclinabilis:
non min⁹ pęna maloꝝ ꝗ̄ bonoꝝ gloria. Igit̄
tibi reddet iuxta opera tua. Nō igit̄ palliem⁹
vel blandiamur nobis quaſi nō ſit ita durū: ⁊
ꝙ de⁹ ſit miſericors. Cogita de peccatis tuis
p̄teritis ante cōuerſionem. Cogita ꝗ̄ multa
ſint in locutione: opere: conſenſu et in cogita/
tiōe. Tot em̄ ſunt vt nequeas numerare. Co/
gita ꝗ̄ turpia: p̄cipue ꝗ̄tū ad carnalia: in qb⁹
tamen min⁹ īmoreris: ne delectatio ſurrepat.
Cogita ꝗ̄ grauia: quib⁹ deū offendiſti: et rur/
ſum chriſtū quodāmodo crucifixiſti. Cogita
de pctīs tuis p⁹ tuā cōuerſionē: ꝙ ſemꝑ tam
negligēs: tā tepid⁹ ⁊ tot annis ſine ꝓfectu fui/
ſti: ⁊ vide de ſingularib⁹ tuis criminib⁹: nume
ra ea ſi potes in conſpectu domini: et pete ve/
niam de p̄terit̄: adiutoriū de p̄ſentib⁹: et cau/
telam contra futura. Deinde cogita in ꝗ̄to ꝑ

iſtis ſatiſfeciſti: cert⁹ φ quicq̄d hic non reddi/deris: in futuro a te exigetur vſq̄ ad minimū quadrantem. Nullū em̄ malū impunitū erit: ſicut nec aliquod bonū irremuneratū. Demū cogita: φ iudicia dei ſunt inſcrutabilia: neſcis ſi ī gratia: neſcis ſi vere ꝯuerſus fueris: neſcis quid in te lateat quod deum non latet ſed of/fendit: neſcis ſi eris pſeueraturus: Hęc rumi/na: hęc cogita: et ſi bene ſenſeris ea: nō altum ſapies de teipſo. Caue tamen deſperationē ſi pfundi⁹ huiuſmodi meditatiōibus te īmerſe ris: atq̄ ita hmōi meditationes dirige: nō vt abſorbearis a nimia triſticia et deiectiōe: ſ; vt inſtigeris ad vitę emendationē ꝛ tolerantiam omniū tribulationū.

Generalis modus ad formandū meditatiōes de morte. Ca. XXI

De morte tua ita poter̄ formare tuas meditationes. Primo vt horā mort̄ ſemper ſuſpectam habeas: cogita φ improuiſe mors veniet: quia ſicut fur veniet: quando minime ſperab̄: qn̄ minime diſpoſui/ſti: quādo adhuc diuti⁹ viuere te ſperabis: et cum adhuc multa agere cogitaſti. Reuolue deinde ordinem quo ad mortem deuenitur: ꝛ habe te nōnūq̄ ſic̄ ſi tu ſtatim eſſes moritur⁹ et meli⁹ ſenties quę ſequunt̄. Cogita itaq̄ q̄/

liter mortem præcedet grauiſſima infirmitas: cuius aliæ infirmitates nõ ſunt niſi præcones. Vide grauitatẽ hui⁹ infirmitatꝫ. Cogita horrorem naturalis inclinationis appetentis permanere. Cogita deinde cũ iam homo ſe ſenſerit hinc tranſiturũ: ſiue medicis hoc dicentib⁹: ſiue ipſe ꝑ ſe ſenſerit: quãt⁹ tũc erit clamor conſciẽtiæ: quantus remorſus in eo qui ſe non diſpoſuit. Tunc em̃ ipſa peccata ad memoriã cõfluẽt: Et cogita q̃tum de ſingulis peccatis tuis et paſſionib⁹ ꝓpriis ſingulariter tũc doleb qꝛ ea nõ viciſti. Cogita ſi tali articulo mortis eſſes conſtrictus: et vitiis ac concupiſcentiis ligatus: q̃to deſiderio deſiderares vnam horam vel annũ ſanitatis pro emendatione. Cogita homo cũ ad illã horã veneris: ꝛ hinc tranſibis: ac temp⁹ ꝑteritũ comparaueris ad æternitatẽ ad quã tranſibis: q̃ breue tibi videbitꝫ: Tota vita tua apparebit tibi breue ſomnium: et tibi erit totũ tempus et vita tua ac ſi ꝑ modicũ ſpaciũ: puta per iter mediæ leucæ perrexiſſes. Cogita quant⁹ erit dolor cũ videris ꝙ ꝓpter tã paruã delectationẽ illa ſempiterna gaudia amiſiſti. Cogita q̃ amara erit ſeparatio cũ ab his q̃ vitioſe dilexiſti ſeparaberis: puta: ab honore tuo qui hic in alto ſtatu totis viribus honorẽ quæſiſti: vel a voluptatib⁹ tuis:

t ſic de aliJs conſimilibus. Conſidera diſpo/
itionē morientis: quō totū corp⁹ nigreſcit et
igeſcit: ocli ꝯtabeſcūt. ꝛc. Cogita quō demo/
ies ſint ibi tanꝗ̄ leones rugientes pꝛęparati
id eſcam expectantes animā. Deinde imagi/
iare: quō anima in egreſſu ſuo a corpore cū
ncepeꝛit conſiderare regionē ignotā: et ꝙ tot
demones eam expectent: ꝗ̄ inuite exiret: ꝗ̄ li/
benter rediret ad corpus ſuū: ſed non poteſt:
quia clauſę ſunt feneſtrę ſenſuū et adit⁹ vita/
les: cogit̄ ergo tranſire ad cateruas inimicoꝝ.
Cogita quō tunc ſinguli ſpirit⁹ vitiorū ad eā
occurrent: quęrentes ſua in ipſa: ſpirit⁹ ſupbię
ſuperbiā: ſpiritus luxurię q̄ ſua: ꝛ ſic de aliJs.
Ultimo aduerte: quō anima egreſſa de corpe
ſtatim ſtatuet̄ ante tribunal iudicis: ꝛ tunc fe/
retur ſententia: q̄ ex hoc tūc vſq̄ in ęternū nō
reuocabit̄: et tūc vbicunq̄ lignū ceciderit ibi
manebit. Demū cogita: quō tandem corpus
ſepulturę tradet̄ et ꝑpetuę obliuiōi. Hoſpes
hic fuit vnius noctis et abiJt: et memoria eius
receſſit de terra. Poteris autē modū hunc ex
contrario aſſumere de morte iuſtoꝝ. Nā ipſi
videntes ſe de h̄ mūdo migraturos: gaudent
in teſtimonio conſcientię: exultant ꝙ liberant̄
de iſtis miſeriJs. Et quia hic nō fuerunt ligati
ꝯcupiſcētiJſ; nō dolēt hinc exire: ꝛ ſic de aliJs.

Generalis mod⁹ ad formãdũ meditatiões de penis inferni. Ca. XXII

